



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXVI. De Testamentis & ultimis voluntatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

T I T V L V S XXVI.
DE TESTAMENTIS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

S E C T I O I.

De definitione & divisione testamenti. & solemnitatibus ad illud requisitis?

§. I.

Quid, & quotuplex sit testamentum, & quae solemnitates requirantur ad illud spectato iure communi?

Testamentum rectè definitur, quòd sit nostra voluntatis iusta sententia, (perfecta scilicet, quæ continet directam hæredis institutionem, & in qua omnes juris solemnitates, ad valorem testamenti requisitæ, adhibentur, ut ait *Glossa in L. i. ff. qui test. facere possint*) de eo, quod quis post mortem suam fieri velit: ita ut origine, sit juris gentium (cùm apud omnes gentes antiquissimus usus fuerit, ut de rebus suis in eorum mortis disponerent) quoad formam verò sit juris Civilis, ob solemnitates ab hoc iure, ad valorem testamenti introductas.

Dividitur autem testamentum primò, in perfectum, & solemnne, in quo nulla deest solemnitas, à iure requisita; & in minus solemnne, ac privilegiatum, in quo etiamsi non omnes solemnitates à iure requisitæ interveniant, ex privilegio ta-

men suum valorem habent, quòd testamenta ad pias causas, testamta inter liberos, testamta apud tempore pestis, à milite in milita facta. Solemne testamentum solet in scriptum, quod in scriptum betur, adhibitis requisitis solemnibus; & nuncupativum, quo testator coram requisitis testibus voluntatem suam voce exprimit, sive Notarius voluntatem hanc in scripturam redigat, ad faciliorem notationem, sive non, cùm ad hoc nuncupativi huius testamenti, non requiritur scriptura. Ad scriptum autem testamentum plures solemnitates de jure civili requiruntur, quarum exacta catio à Civilibus petenda est: ut non omninò sint incognitæ, requiruntur, ut expressis verbis hæres institatur, & nomen hæredis, vel proprium testatoris in testamento si aliena manu scriptum sit testator subscribat; à testatore proprium octavum testem adhibeat, qui & loco illius subscribat, & hoc scriptum testamentum testibus celebratum dicens in illo contineri suam voluntatem. Secundò requiritur, ut solemnne tali testamento, septem adhibeantur, & hi sint togati, hoc vocati, & invitati, qui sint mascululi, & puberes, qui sunt ætatis

cionem falsitatis, & ipsi vel heredes, vel legatarii institui possint, & ad testificandam in iudicio sint idonei, ac presentes coram intueantur testatorem. Tertio requiritur, ut omnes & singuli subscribant propria manu, ac subsignent proprio, vel alieno sigillo. Quarto denique requiritur, ut totum negotium testandi, uno eodemque tempore, & loco, uno contextu, nullo alio negotio interveniente peragatur, nisi modica sit tantum interruptio, ob urgentem causam: ad nuncupativum tamen testamentum sufficit, si testator coram septem testibus idoneis, quales modò descripsimus, ad hoc specialiter vocatis, suam voluntatem, circa hæredis institutionem, & legata palam articulata, & distinctâ voce, aperiat, ut intelligi possit; & quamvis etiam in hoc nuncupativo testamento scriptura adhiberi possit, hæc tamen non est de substantia talis testamenti, sed conducit tantum ad meliorem probationem. Vide Civilistas.

§. II.

An solemnitates juris Civilis requirantur etiam ad testamentum de jure Canonico?

R Esponderetur certum esse, quòd de jure Canonico in terris temporali jurisdictioni Summi Pontificis subiectis, non requirantur solemnitates omnes de jure Civili requisitæ, sed sufficiat ad valorem testamenti, ad profanas causas facti, à Parochiano, coram duobus, aut tribus testibus idoneis, & Parocho, aut in vicem Parochi, duobus aliis testibus presentibus, factum id fuisse, prout clarè id constat *ex cap. Cum esset 10. h. t.* non
Compend. Pirhing.

quidem, quòd major numerus testium contra legem divinam, Sanctorum PP. instituta, & generalem consuetudinem Ecclesiæ positivè prohibentem, sit, sed quòd nullibi talis major testium numerus in lege Divina, aut SS. PP. institutis, aut à generali Ecclesiæ consuetudine, requiratur. Quòd verò Clerici etiam in terris Imperii, aliorumque Regnorum, validè testari possint (cæteris paribus) juxta relata dispositionem juris Canonici *in cit. cap. Cum esset.* relata, probabile quidem est, cum non videantur esse obligati ad dispositionem juris Civilis, nimium restringentis, ad certas solemnitates testandi licentiam, & quia in Clericos jurisdictio Laicorum tam facilè in materia odiosa non admittitur; movent tamen passim AA. attendendam esse in praxi loci consuetudinem, juxta quam in terris imperii, in testamentis etiam Clericorum ad profanas causas factis, juris Civilis dispositio attenditur; sicuti enim in materia contractuum accommodare se debent Clerici legibus politicis sæcularibus, ita etiam in materia testamentorum.

§. III.

An sicut testamentum sine solemnitatibus jure positivo requisitis factum, ad profanam causam, in foro externo invalidum est, ita etiam sit invalidum in foro conscientie?

O mnes in hoc conveniunt, quòd lex humana, sive Ecclesiastica, sive Civilis illa sit, possit certam formam, ac solemnitates præscribere actui, quibus non observatis, actus sine talibus requisitis factus, in utroque tam conscientie, quam

quàm externo foro, nullus sit, ante omnem Iudicis sententiam; quomodo autem de facto forma, & solemnitates in testamentis requisitæ, se habeant, multùm quidem, probabiliter tamen in utramque partem disputatur. Probabiliora videntur.

Quòd hæres in testamento minùs solemniter institutus, uti & legatarius, si certus sit, quòd testator voluerit ipsi hæreditatem, vel legatum acquiri, retinere possit in foro conscientie hæreditatem talem, aut legatum tale, si sine vi & fraude ea consecutus sit, donec in iudicio ab ipso reperatur, cùm enim naturaliter sit debita, ex voluntate defuncti, & tantùm Civiliter, ex defectu solemnitatum indubita, repeti quidem poterit in iudicio, si errore facti soluta sit, ad nullam tamen restitutionem in foro conscientie, ante sententiam iudicis obligatur hæres talis, vel legatarius, cùm ex obligatione naturali ea soluta sint. Si tamen contra hæredem talem, in testamento tali minus solemniter, & non privilegiato scriptum, sententia à Iudice feratur, quâ ad restituendam hæreditatem hæredi ab intestato v. g. condemnetur, tenetur in conscientia restituere hæreditatem, si eam jam adiit, & legatarius legatum, tum quòd naturalis obligatio inefficax sit, quæ per exceptionem legis Civilis elidi potest, tum quòd testamenti valor à juris positivè solemnitatibus dependeat, & consequenter hæres, aut legatarius esse non possit, qui contra se jus positivum habet, saltem post sententiam justam Iudicis conformiter legibus positivis latam.

§. IV.

An solemnitates Iuris Civilis requirantur in testamentis ad pias causas?

Respondetur negativè, ad hanc enim testamentorum valorum utroque foro, in favorem piarum causarum, plus non requiritur, quam habeantur ea, quæ de jure naturalium gentium requiruntur; voluntas testatoris, & potestas testandi constet, prout sumitur ex cap. *Religiosi. b. t.* ita ut testes etiam, qui in articulo requiruntur, non tam requirantur ad valorem testamenti talis, quam ad probationem, si de voluntate testatoris aliunde non constet; neque enim causæ tales, ut ait Pontifex, leges Civiles tractari debent, sed suis ob juris Civilis dispositionem prædicari: & hinc valida sunt testamenta pias causas, si solo nutu, aut sigillo testatoris, etiamsi nulla in tali testamento sit facta hæredis institutio, etiamsi qui in talibus testamentis ad probationem interveniunt, rogati non sint, aut fœminæ; etiamsi in alterius voluntate sit facta commissio, ita ut legatum in testamento tali non solemniter institutum facta, solvenda sint, etiamsi testamentum quoad hæredis institutionem nullum sit, & valeant etiam legata piana in testamento ad pias causas facta, quamvis non omnes solemnitates à Iuris Civilis requisitæ interveniant, &c.

SECTIO II.

De iis, qui testamenta facere possunt, vel non?

§. I.

Quinam jure communi prohibeantur testamentum facere?

Omibus concessum esse de bonis suis ante mortem disponere, per ultimam voluntatem, nisi jure naturali, vel positivo, ob gravem causam prohibeantur, habetur ex lege 1. C. De SS. Ecclesiis. Prohibentur autem ob impedimentum naturæ, qui usu rationis carent; imberbes, muti, & surdi simul à nativitate, cæci, qui testari non possunt, nisi nuncupativè, &c. jure positivo verò prohibentur servi sive mancipia; prodigi, quibus interdicta bonorum administratio; captivi, sive obsides apud hostes retenti, damnati ad mortem naturalem, vel Civilem; filii familias, sub patria adhuc potestate existentes, qui non possunt de bonis adventitiis testari; usurarii manifesti, nisi priùs de usuris satisfecerint; excommunicati propter hæresin, vel ob percussione[m] Cardinalis; Clerici, &c. de quibus tamen plus dicitur §§. sequentibus. De aliis vide Civilistas.

§. II.

An, & de quibus bonis Episcopi, aliorum Prælati Ecclesiastici, & beneficiarii testari possint, vel non?

De bonis suis propriis, sive de patrimonialibus, testari hos, & Cleri-

cos omnes seculares posse, sive ante Prælaturam, aut susceptum beneficium, vel ordinem, sive postea patrimonium tale acquisiverint, ut & de bonis quasi patrimonialibus, quæ ut justum sui laboris stipendium, aut præsentis præmium ex bonis etiam Ecclesiasticis obtinent, aut in compensatione certorum obsequiorum Ecclesiæ præstitorum, aut factarum ex patrimonio suo expensarum in pias causas, aut Ecclesiæ utilitatem, vel denique, quæ ex bonis his suæ congruæ sustentationi concessis compartentur, passim omnes docent, & ex variis iuribus patet, quia in his bonis verissimi & perfecti Domini sunt, ad instar Laicorum, & consequenter de illis instar Laicorum, tam inter vivos, quàm per ultimam voluntatem disponere possunt; aliter tamen loquendum de illis redditibus Ecclesiasticis, quos ex vituli sui, aut beneficii, suæ congruæ sustentationi nihil necessarios percipiunt; de quibus, uti & de illis, quæ ex talibus redditibus comparaverunt, quòd testari non possint, sed relinquenda sint hæc Ecclesiæ, (nisi ad pias causas, vitæ tempore, redditus illi donati fuerint) plura iterum jura asserunt cap. 7. 8. 9. II. Ec. h. e. ut à successore v. g. cui bonorum Ecclesiæ illius administratio competit, in pios usus expendantur; vel à Capitulo, si ad illud talia bona devolvantur, velut legitimis administratoribus, aut in communi massa futuris necessitatibus reserventur, aut inter Capitulares distribuantur, vel alios pauperes præbendatos, prout ex cit. cap. relatum. patet; nisi in tali Ecclesiâ sit usus receptus, ut quæ post mortem beneficiarii remanent, sicut spolia Sedi, vel

XXX 2

Cameræ

Camera Apostolicæ applicanda, de quibus tamen spoliis in nostris partibus parum scitur.

§. III.

An per consuetudinem saltem immemorabilem introduci possit, ut beneficiarii de redditibus Ecclesiasticis superfluis, & quæ ex illis comparata sunt, liberè, ac licitè testentur, etiam ad profanas causas?

Affirmant aliqui, & hanc consuetudinem etiam in quibusdam nostræ Germaniæ locis vigere putant, saltem quoad Clericos beneficiarios, Episcopo inferiores: Verior tamen est negativa sententia, non tantum respectu Episcoporum, & similium Prælatorum, sed etiam respectu aliorum beneficiariorum, si superfluos redditus non tantum in modica quantitate habeant, (de quibus ut testentur etiam ad profanas causas concedi fortassis potest consuetudo, cum in moralibus his modicum non soleat observari, neque tam exactè distingui possit, quantum alicui ad necessariam sustentationem, aut conveniens laborum stipendium, concedi debeat) sed si habeant in notabili excessu redditus superfluos; quamvis enim per consuetudinem introduci possit, ut beneficiarii etiam Episcopi, alique Prælati, qui reddituum Ecclesiasticorum administrationem habent, de superfluis redditibus, & bonis mobilibus (non tamen valdè pretiosis) testari ad pias causas possint (cum enim per talem dispositionem nec lædatur jus divinum, nec voluntas fundatorum, sed positivo tantum humano juri, dispositionem talem per ultimam voluntatem

prohibenti, consuetudo talis committitur, consequenter abrogari per contrariam consuetudinem jus tale potest: potest tamen per ullam consuetudinem etiam immemorabilem introduci, etiam profanas causas de talibus redditibus superfluis testentur validè beneficiarii, probant aliqui ex cap. Relatum 12. l. cum consuetudo talis non tantum positivo humano, sed juri etiam divini & naturali contraria sit, & consequenter irrationabilis, in quantum scilicet eorum fovet, & nutrit, quod licet Clerici, si inter vivos etiam, quoad causas profanas disponant; & quatenus consuetudo hæc in aliquibus partibus viget, censendum tamen est, tolerari non magis, quia facile aboleri non potest, & majora mala caveantur, quam quod probetur, ut bona, & laudabilia, in multis etiam partibus ablatum, & prohiberetur Clericis, de redditibus Ecclesiasticis, sive inter quasi partem bona numerentur, sive sint redditus superflui, sine licentia Episcopi testari, scilicet multa fiant, in fraudem Canonum.

§. IV.

An & quatenus Religiosi sibi prohiberent vel permissum testamentum facere, sive Professi, sive Divitij sint?

Religiosi Professi, quantum ad Prælati sint, quod ab eis testari non possunt, probat voluntas paupertatis eorum, quod sicut illorum minij incapaces facit, ita redditus eorum incapaces testamenti faciendi, ut dicitur etiam ex cap. quia Ingressus

h. s. Neque ad hoc licentiam concedere possunt superiores alij regulares, quamvis enim cum licentia superiorum suorum modicum quid donare possint causâ mortis, testamentum tamen facere non possunt (cùm plus sit testari, quàm mortis causâ modicum quid donare) sine expressâ Pontificis Summi licentia, qui sicuti militaribus ordinibus licentiam testandi de rebus suis, cum suorum superiorum facultate, concessit, ita potest eam concedere etiam aliorum Ordinum regularum professis, liberam concedendo administrationem, & usum aliquarum rerum, etiam per ultimam voluntatem, ita tamen, ut si simpliciter tantum concedatur illis testandi licentia, intelligatur, quod testari possint de bonis, quæ de facto possidet religiosus (nec quicquam fiat in præjudicium Monasterij) & quod testari possint ad pias causas tantum, cùm facultatem talem concedens Pontifex, non videatur velle derogare iuri superiori, & speciali. Inferunt quidem aliqui ex hac à Pontifice obtinenda licentia, posse etiam per consuetudinem introduci, ut religiosi testari, ad pias saltem causas, possint, de bonis scilicet, quæ cum licentia suorum superiorum de facto possident, sed male, cùm talis consuetudo solemniter paupertatis voto repugnet, quo renuntiat religiosus omni proprietati & dominio, neque ex eo casu, quo specialiter nonnunquam ex causa justa, per privilegium, concedit aliquid Pontifex, argumentum duci debet, ad universalem consuetudinem introducendam.

Novitii tamen Religionum, conceditur de jure communi testandi licen-

tia, de suis bonis pro beneplacito eorum, sive ante ingressum in novitium, sive post ingressum, ante professionem tamen, testari velint, nihil ad hoc requisitâ superiorum licentiâ, cùm sint simpliciter sui adhuc iuris, & perfecti suorum bonorum domini; neque in iure illis prohibita sit testamenti factio, ita tamen ut in tali Testamento observari debeant iuris Civilis solemnitates, & hodie etiam, quæ *Trid. sess. 25. Cap. 6. de Regular.* statuit, prout pluribus dicitur Titulo 31.

SECTIO III.

De hæredum institutione, & substitutione.

§. I.

Quinam hæredes institui possint in testamento; & an etiam ordines religiosi, eorumque professi?

Hæredes institui regulariter possunt omnes, non tantum singuli, ac privati, cujuscunque conditionis, ac qualitatis sint, sed communitates etiam, & Collegia, etiam ordines religiosi, qui capaces sunt possidendi bona immobilia in communi, & talium ordinum religiosi professi (ita tamen, ut bona relicta non acquirantur Monacho, sed monasterio) qualiter capaces sunt post *Trid. sess. 25. cap. de Regular.* omnes tam virosum, quàm mulierum, etiam mendicantes religiosi Ordines, præter FF. Minores de observantia, & Capucinos, quorum nec professi, nec Monasteria, nec Ecclesiæ (juxta probabiliorem sententiam) institui hæredes possunt

possunt: ex probabili tamen sententia aliquorum ita hæres institui potest aliquis, ut vendat hæreditatem, & ex pretio delato, necessaria fratribus subministrantur, cum intali casu non tam religiosus, aut ordo, quam alius hæres, cum certo onere quodam, instituatur, quod prohibitum non est) Societatis verò Jesu Collegia, & domus Professæ, quamvis ipsi Professi, aut formati Coadjutores hæreses institui non possint, neque ab intestato succedere, & neque domus ipsæ, aut Collegia, suis Religiosis Professis, aut formatis Coadjutoribus succedant, possunt tamen institui hæreses, cum nullibi reperitur, quod institutionis talis sint incapaces; ita tamen, ut Domus Professæ, si in bonis immobilibus instituatur hæreses, retinere hæc non possint, sed vendere debeant, oblatâ opportunâ vendendi occasione, & premium inde comparatum, non quidem ad annuos census comparandos, & stables redditus, sed pro occasione in usus necessarios domus professæ converti debeant (nisi sint talia bona, quæ habitationi inservire possunt, aut horti sint, in infirmorum solatium, aut occupatorum distractionem) videantur de his particularibus, particularia Ordinum instituta.

§. II.

De substitutionibus, quæ hæredibus, ut plurimum fiunt in Testamento?

Materia hæc quidem fusiùs explicatur à Civilistis, quorum est explicandiùs tradere, quæ ad hæredis institutionem,

substitutiones, legitimam, Fabian Trebellianicam &c. scitu sunt necessitate tamen nulla etiam hic fiat commemoratio, cum aliqua SS. Can. capitula de illis agant, breviter delibandum quid est, magis ad cognoscendos terminos, quam ad plenam materiam talium cognitionem.

Substitutio ergo, de qua hic quæritur, est, aliud non est, quam substitui quadam hæres institui, in secundo ulteriore gradu, sive clarius loquendo est unius, vel plurium in alterius, vel aliorum locum in ultima voluntate testatoris: & hæc quidem, vel dicitur est, quando hæres directè & immediate sine ministerio institui debet, ut cum dicit testator, institui hæredem Titium, & si hic hæres non sit futurus, Cajum se institui hæredem suum. Vel indirecta est, & obliqua quando scilicet hæres directè & immediate instituitur, alicui defertur, ut si quis qui primò instituitur, gravatus & obligatus maneat, totam, vel partem hæreditatis tradere alteri, quæ substituitur etiam Fidei commissaria. Dicitur verò substitutio in quinque aliis species subdividitur; prima dicitur vulgaris, quæ à quolibet testandi facultate habente, cuilibet, qui hæres institui potest, fieri potest; institui v. g. hæredem meum Titium, & si hic hæres non sit futurus, Cajus hæres meus erit. Secunda dicitur pupillaris, per quam testator testatæ, nec in alterius potestate constitutis, nec in alterius potestate post mortem illius recedens, quos hæres instituit, substituit alteri sub conditione, si ante annos præ-

tatis illi decesserint. Tertia dicitur Exemplaris sic dicta, quia introducta est ad exemplum pupillaris; ob quod etiam quasi pupillaris dicitur, quâ parens v.g. sibi faciens Testamentum, liberis suis Furiosis, aut mente captis, puberibus, etiam emancipatis; legitimâ portione ipsi relicta, hæredem substituit. Quarta dicitur reciproca, seu brevisloqua, in qua Testator duos vel plures hæredes instituit, eosque sibi invicem substituit, instituo Cajum & Titium hæredes meos, eosque invicem substituo, ita ut si Titius non sit hæres, Cajus sit, & vice versa. Quinta dicitur denique Compendiosa, quæ verborum compendio plures in se continet substitutiones secundum diversa tempora, & ætates &c. ut cum dicit Testator, instituo filium meum hæredem, & si iste decesserit, substituo ei Cajum, quo in casu, si ante aditam hæreditatem, & ante Testatorem obierit v.g. filius, ex vulgari substitutione Cajus succedet: si verò post aditam hæreditatem, ante pubertatem tamen decesserit Filius, ex pupillari substitutione succedit Cajus.

§. III.

An per substitutionem pupillarem excludatur Mater à successione filij impuberis?

Quod per substitutionem pupillarem expressam excludatur mater impuberis filij, & omnes ascendentes per lineam maternam (ac multò magis Fratres, aut alij Consanguinei) à successione hujus, etiam quoad legitimam ex variis juris Civilis Textibus, & ex Cap.

*si Pater b. e. in 6. pater: quamvis enim, ut ait Pontifex in citat. capit. filius aut filia in testamento suo, matrem legitimâ portione, jure naturæ ipsi debita, privare non possit, potest tamen pater in testamento, quod Filio impuberi fecit, matrem omninò excludere, cum tale Testamentum non tam sit filij, qui matrem à legitimâ excludere non potest, si Testamentum facere possit, quam paternum filio impuberi factum, qui cum nihil uxori suæ debeat in Testamento à se factò, per substitutionem talem expressam, eam videtur omninò exclusam voluisse; neque tamen taliter exclusam ceteri debet Mater per substitutionem pupillarem tantùm tacitam, quæ implicitè continetur sub vulgari expressa, si filius impubes scilicet, hæres non est, Cajus hæres esto; quia leges tantùm loquuntur de substitutione expressa pupillari, quòd hæc scilicet matrem excludat, ergo non debet extendi ad odiosam exclusionem per tacitam pupillarem, nisi ex certis conjecturis appareat, mens patris testatoris, aut frater instituti, filius testatoris, substitutus sit, quia tunc præsumitur, quòd testator voluerit hunc filium substitutum uxori præferri. Vide plura circa hanc potissimùm juris Civilis Materiam apud *Aut. Method. §. cit.**

§. IV.

De substitutione, quæ fit per fidei-commissionem?

Fidei Commissum in genere dici potest, quòd per intermediam personam sive per ministerium alterius alicui relinquatur. Du-

partem honorum illius, cui succeditur, ita ut quoad originem quidem sit juris naturæ legitima, succedens in locum alimentorum, quoad quotam verò sit juris Civilis, æqualiter inter eos, quibus legitima debetur, dividenda.

Præter hanc legitimam alia insuper portio est, quæ ex fideicommissaria hæreditate deduci potest, & vocatur Trebellianica, introducta scilicet ex Senatus Consulto Trebelliano, Trebellio Maximo, & Anneo Seneca Consulibus; ut enim Testatoris voluntati, & hæredibus taliter fidei commissio universali gravatis consulere, permittunt jura, ut hæres Fiduciarius taliter gravatus, quartam partem de hæreditate sic gravata, & restituenda detrahere possit, & sibi retinere, ita ut hanc quartam partem, hæres fiduciarius detrahere etiam possit, si gravatus sit à testatore, causæ piæ hæreditatem restituere, in favorem scilicet piæ causæ, hanc detractionem permittente jure, ut ne scilicet, aut fideicommissum pereat piæ causæ, si hæres gravatus noluit adire hæreditatem, aut litigare cum suo incommodo multum debeat piæ causa, ut per Judicem cogatur hæres Fiduciarius, adire hæreditatem. Utrum autem filius gravatus taliter, causæ piæ hæreditatem restituere, duas possit portiones, legitimam scilicet, & Trebellianicam deducere, multum inter se litigant Civilistæ, & Canonistæ. Sententia Canonistarum, quæ permittit duplicem hanc detractionem, probabilior videtur, ob claros textus SS. Canonum, præsertim in *Cap. Raynaldus 18. h. t.* certè cuius alteri creditori, si debitum aliud quod à Testatore petendum habeat; &

Compend. Pirking.

tamen etiam simul hæres institutas ab illo sit, cum onere restituendæ hæreditatis piæ causæ, duplex detraçtio conceditur, debiti scilicet sui, & Trebellianicæ, cur ergo non etiam filio gravato ad restituendam piæ causæ hæreditatem, duplex hæc detraçtio permittatur, quarum prima jure naturæ debita est, altera à jure positivo conceditur.

SECTIO IV.

De legatis & fidei commissis particularibus.

§. I.

Quid sit legatum, & an res aliena legari possit?

Legatum propriè dictum, & prout idem dicitur actum legandi, benè definitur à jure, *Quod sit donatio quædam* (rei scilicet alicujus particulatis merè liberalis datio, nullum onus ex vi communis juris annexum habens) *à defuncto relicta, & ordinariè ab hærede præstanda.*

Legari etiam potest res aliena, quæ omninò ad extraneum pertinet, & sciat testator rem esse eam alienam, quia ut sic censetur gravare hæredem, ut rem illam alienam justo pretio sibi compareret, & det legatario; vel si hoc à rei talis domino, obtinere non possit, eò quòd rem suam vendere non velit, aut saltem immodicum pro ea pretium exigat, justam illius æstimationem, pro judicis arbitrio, legatario solvat, ut scilicet effectum suum, optimo, quo potest modo, sortiatur testamentum, modò res legata sit

Yyy

lit

fit in Commercio hominum : debet autem ad hoc obtinendum, legatarius probare, quod sciverit testator rem legatam esse alienam, si enim ignoravit hoc testator, nullum est rei alienæ talis legatum, nisi legatum tale factum fuisset personæ conjunctæ, cum in favorem talis personarum, & testatoris, præsumatur in tali casu scientia. Neque contra hanc assertionem quicquam probat *cap. filius §. h. i.* cum in illo capitulo tantum sit sermo de casu speciali, quo res unius Ecclesiæ legatæ sunt alteri, cum tamen prohibita sit talis alienatio, & quod filijs de legitimâ suâ satis ob hoc legatum consultum non fuit.

§. II.

An legata possent relinqui nudis verbis sine scriptura, & heredis institutione, & quomodo præstanda sint legata incerta?

Quod legata non tantum ad piam causam, sed etiam ad profanam causam nudis verbis, sine heredis institutione fieri possint, probat *cap. indicante 4. h. i.* & quod in tali casu merito præsumi possit, voluisse legantem taliter intestatum quidem decedere, hæredem tamen suum ab intestato succedentem gravare, ut talia nuncupativè facta legata præstet. Imò probabilius est, quod legata ad pias causas in testamento, non pendeant à valore testamenti, sed nihil minus præstanda sint, etiamsi nullum sit testamentum, ob defectum solemnisationis, aut ex alio capite irritetur, cum ad valorem talis legati plus non requi-

ratur, quam de jure gentium, & necesse requiratur ad validam donationem.

Quod si verò legatum relictum sit loco, aut personæ incertæ, eò quod plures ejusdem nominis reperiantur, neque ex conjecturis, aut alijs circumstantijs, pro certa personâ, aut loco colligi aliquid possit, si legatum profusum prophanum sit, corrumpit de jure Civili, vel vendas multas lites; si verò sit ad causam piam, valet quidem, ita tamen, si ex alijs circumstantijs colligi debeat, cuiusmodi Ecclesiæ v. g. debeat, vel in electione Episcopi sit, legatum non applicare Ecclesiæ, cui voluerit, vel si videri debeat inter Ecclesias ejusdem nominis.

§. III.

Quid sit Falcidia, quomodo detrahenda, & quando detrahi non possit?

UT occurreretur querelis hæredum ob nimiam legatorum copiam, & exiguum hæreditatis lucrum, concitata est illis, ut si legata excedant tres uncias, sive tres partes bonorum hæreditatis, detrahere possit de legatis tribus fidei commissis particularibus, & donationibus etiam mortis causâ factis, quæ tam partem, inspectâ quantitate hæreditatis, qualis est mortis tempore, & omni prius ære alieno, ac legatis. In quibus Falcidia locum non habet, & impeditur funerum deductis (quæ portio communiter vocatur Falcidia, eò quod detrahi possit vi plebi sciti à tribuno plebis (Cato Falcidio lati) si aditâ hæreditate in pretarium fecit, & legata solvere paratus sit.

Sunt tamen etiam plures Casus, in quibus Falcidia detractio locum non habet, sic primò non habet locum, si expressè eam prohibuerit testator, non ignarus vitium sui patrimonij. Secundò valde probabile est, quòd locum non habeat in legatis pijs (cùm ad hæc legata se non extendat sæcularis potestas, quæ Falcidiam introduxit) nisi alia pia causa fuisset hæres instituta, in tali enim casu privilegium contra æque privilegiatum nihil prodesset. Tertio locum non habet, si inventarium non conficit hæres hereditatis aditæ, intra tempus, & juxta formam à jure præscriptam, aut si à iudice monitus intra annum testatoris voluntatem non fuit executus; aut si succipuit, negavit, occultavit &c. de bonis hereditatis; aliqua, in penam scilicet admittæ culpæ. Quarto locum non habet, si res legata fuit cum eâ clausula, ut non alienetur, sed perpetuò penes familiam maneat; aut si aliunde res legata privilegiata sit, prout sunt privilegiata legata, in testamento, militari jure, facta &c.

§. IV.

De portione Canonica debita Episcopo ex legatis pijs, & quomodo legata illa sint distribuenda?

Portio Canonica vocatur illa pars, quæ Episcopo debetur, ex ijs, quæ pro salute animæ Ecclesijs, Monasterijs, aut alijs pijs locis intra suam dioccesin finis, nec specialiter à jurisdictione Episcopi exemptis, aut privilegiatis, legata, aut mortis causâ donata fuerunt (nisi sint hæc ipsa legata juxta Cap. *Vel. h. r.* à portione Canonica privilegiata) &

alicubi, quarta pars tallium legatorum est, alibi tertia pars, alibi dimidia, quia tamen in nostris partibus nullus portio- nis hujus canonicæ usus esse videtur, etsi alicubi usus adhuc viget, quantum, & ex quibus legatis solvenda illa sit, ex recepta consuetudine desumi debet, hinc non videbo, quare multùm de hac materia simus solliciti. videatur Cap. officij 14. cap. requisisti 15. ac cap. de his. 20. h. s.

SECTIO V.

De executione Testamenti
& aliarum ultimarum vo-
luntatum.

§. I.

*Quis possit, & esse debeat Execu-
tor Testamenti, vel alterius ultima
voluntatis.*

Executores testamentorum alij dicuntur testamentarij, qui ab ipso testatore in testamento dantur; alij dicuntur legales, vel legitimi, qui ab ipso jure dantur; alij denique vocantur dativi, qui à magistratu constituuntur, ita tamen, ut hi posteriores, secundo & tertio loco positi, in defectum testamentariorum tantùm dentur; & quamvis ordinariè, si nullus à testatore executor nominatus sit, hæredi incumbat testamento executio, gravitudine ita jubente, & quoad pia legata, Episcopo; possunt tamen executores testamentarij in testamento dati à testatore, & quidem unus, vel plures, sive ex hæredibus, sive ex alijs

alijs extraneis, five mares sint, five feminae, etiam minores, modò decimum septimum annum ætatis expleverint, five laici, five clerici sint &c. Ita ut si plures sint simpliciter constituti à testatore, possit etiam unus, sine altero, ad executionem procedere, non tantùm si res certa legata sit, quo in casu nihil refert, per quem fiat executio, sed etiam, si modus exequendi, vel executio incerta sit, sint tamen executorum nominatorum aliqui vel mortui, vel in remota regione morentur, vel ob aliud impedimentum diutius duraturum nolint, aut non possint exequi, uti habetur in cap. Religiosus 2. juncta glossa §. sane v. expressit h. 1. in 6. (ne voluntas scilicet testatoris aut negligatur, aut d u dfferatur nisi testator expressè hoc prohibuisset.

§. II.

Quo pacto Religiosi possint esse executores Testamentorum?

POssunt etiam religiosi esse testatorum executores (exceptis FF. Minoribus de observantia, quibus specialiter hoc prohibet Clement. I. de verb. signif.) tam ad pias, quàm ad profanas causas juxta cita. cap. Religiosus (cùm tale officium etiam ad profanas causas, sit opus pietatis, & misericordiæ, religiosum per se non dedecens) dummodo per hoc non abstrahantur à servitio divino: & quamvis qui in claustris, vel monasterijs vivunt, propter varias causas, vi superioris immediati (nisi consuetudo, vel peculiare Ordinis constitutiones, aliud præscribant) petere, & obtinere licentiam debeant, nisi sint ipsi

tales superiores; illi tamen religiosi extra monasteria vivunt, benedicti, & sæculari alicui, aut Ecclesiæ Parochi addicti, non indigent ad munus obeundum superioris licentiâ, ut patet glossa in Cit. cap. 2. V. Religiosus, rationes contra hos non pugnant. Ita tamen gesta à Religioso, qui executor testamento constitutus est, etiam si licentiâ munus hoc exequendi obeat post revocatum licentiâ, quam superior semper revocare potest, etiam non amplius integrâ cùm nulli facta liciter revocando injuriam) valida, cùm canones prohibeant quidem talem executionem, non tamen invalidam, quòd religiosus talis sufficienter de propria naturâ ad exequendum potestatem habeat, & voluntatem: & quævis exempti sint ab ordinatorum jurisdictione, si tamen executionis testamentariæ munus obeant, debent rationem executionis reddere locorum Ordinibus, & ab his, si in tali executione deliquerint, puniri possunt, prout statuitur Clement. Religiosi h. 1.

§. III.

Utrum executor designatus à testatore compelli possit ad acceptandam, & exequendam, & quomodo?

NON cogitur quidem executor constitutus à testatore ad acceptandam executionis officium, neque ad hoc compelli potest, cùm liberum sit ei datum suscipere (nisi ad exequendum legata Clericum sibi subiectum cogat Episcopus, si non ut executorem, sed ut suum delegatum, & Commissarium postquam tamen acceptavit (licet non

§. IV.

*Quando, sive intra quod tempus
heredes & executores ultimam
voluntatem defuncti implere
debeant?*

SI testator ipse tempus determinavit, infra quod, vel post quod voluntatis suæ ultimæ executio fieri debeat, observari illud debet, si fieri possit, nisi tempus etiam tale placeat prævenire, quod ordinatiõ non erit contra mentem testatoris: tempus autem tale numerandum erit, à die scientiæ, & aditæ hæreditatis. Quod si vero nullum à testatore tempus executioni faciendæ determinatum est, monitus tamen legitimè hæres, vel executor alius, intra annum non exequatur, devolvitur potestas exequendi, præsertim circa legata pia, ad Episcopum, *cap. Nos quidem 3. h. t.* ob rationes etiam supra allatas: quamvis enim hæres post aditã hæreditatem, quamprimum potest, cessante legitimo impedimento, legata solvere, & alia jussu testatoris exequi debeat, & ad hoc tam ipse, quam alij executores, compelli à iudice possint, ante annum tamen elapsum illa devolutio non fit.

§. V.

*Quam pœnam incurrat hæres, vel
alius executor, si negligat exequi ultimam
voluntatem testatoris, intra tempus
à jure definitum?*

SI hæres ultimam defuncti voluntatẽ, post iudicis admonitionem, intra annum

Yyy 3

aunã

S *S*

num implere negligat, amittit totam hereditatem, ita ut nihil commodi percipiat ex rebus à defuncto sibi derelictis, prout colligitur ex *Authen. hoc amplius C. de fide Comiss. & si heredes 6. h. t.* (cùm non videatur dignus, ut ait Legislator, ex defuncti voluntate aliquid consequi, qui supream defuncti preces destruit) nisi sit hæres necessarius, cui legitima debeat, quæ adimi non potest his, etiam si negligant defuncti voluntatem exequi, cùm non tam ex voluntate hominis, quàm de juris tam naturalis, quàm positivi dispositione, debeat. Imò si hæres, cessante legitimo impedimento, negligat solvere pia legata, intra sex menses, à die insinuatæ Testamenti numeratos, non tantùm debet etiam postea restituere talia legata, sed in pœnam etiam restituere debet omnes fructus, & omne emolumentum, ac augmentum, quod à morte testatoris ex illis percipi potuit, & si perperam neget legatum aliquid pijs causis, ac in tali negatione perseveret, usque ad sententiam, in duplum condemnari debet, prout statuitur in *S. item missa, Instit. de actionibus*, quas ipsas pœnas privationis scilicet commodorum, quæ ex Testamento habere possent, incurrunt ob eandem rationem, quilibet alij executores, si moniti, negligentes tempore constituto sint, in exequendo, & executionis officio privantur. Neque tamen hanc pœnam, aut hi, aut illi incurrunt, antequam sententiam iudicis, aut ante annum elapsam à die ad monitionis factæ, computandum.

§. VI.

Virum Executores Testamenti propria auctoritate ultimas voluntates defunctorum possint commutari, officium executoris, eorumque, ut sentiat ad heredes, vel successorem prælatum?

Non possunt executores à legitima voluntate testatoris deviare, eamque propriâ auctoritate mutare, quàmvis melius commutatio inter veniente summi Pontificis, vel summi Principis secularis (quod dispositiones saltem profanas) commutatio quorum est reipublicæ periculis, tum quidem non nisi ex iustâ, & rationabili causâ, prout colligitur ex *Cap. questus 16. de For. Comp. cap. de pœnem 3. h. t. & Clement. 2. de vicijs domibus*, consentiente etiam Titulo 22. cap. 6. de Reform. ubi etiam statuitur, si tales commutationes Episcopis, à Summa Sede commutatio prius summarie, & extra processum cognoscendum, an in imperatione delegationis nulla subreptio intervenit. Sunt quidem aliqui, qui pœnam statim commutandi legata ex causa, quæ Episcopo etiam concedatur, si sua voluntas nondum sit expressè mandata, minùs tamen probabili de commutatione propriæ dicitur legatum, quàmvis illis negare non possint, & alij executoribus ultimam voluntatem Testatoris, quod ab hac dicitur non sit v. g. in usum magis necessarium

convertere, quæ ad usum, vel nihil, vel minus necessarium, legata fuerunt.

Mortuo tamen executore non transit ad heredem executoris officium executionis, prout colligitur ex cap. cit. 2. §. sane h. t. in §. cum electa sit ad hoc inducitur personæ, quamvis transeat, quoad obligationes, si quas contraxit malè exequendo, ob damnum illatum v. g. quòd si tamen executor sub nomine dignitatis, seu officij sit constitutus, Præ-

positus v. g. Ecclesiæ Cathedralis, Custos Ecclesiæ Collegiatæ &c. transit ad successorem in dignitate &c. nisi ex circumstantijs colligatur personæ, non dignitati commissam executionem, neque enim transit ad successorem executionis, si sub nomine proprio v. g. vel sub nomine personæ commissio executionis alicui demandata sit, ob rationem paulò ante allatam.

TITVLVS XXVII.

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

SECTIO II.

De successione ab intestato Ecclesia in bonis Clericorum:

§. I.

An, & quando Ecclesia succedere possit Clericis ab intestato decedentibus?

SI Clericus non habeat consanguineos, qui iure cognationis ei ab intestato succedere possint, & ipse intestatus moriatur, Altare seu Ecclesia, cui servivit tempore mortis, succedit in bonis ejus propriis, & patrimonialibus, prout habetur in cap. t. h. t. junctâ Glossâ, quia Ecclesia talis habetur beneficii loco uxoris, & consequenter, sicuti vir, & uxor sibi invicem succedunt, si alterutra pars, deficientibus aliis consanguineis.

Quòd duplici modò deferri possit ad aliquem hæreditas, ex Testamento scilicet, si in Testamento hæres scriptus, vel nominatus fuit, & ab intestato, quando defuncto sine Testamento, vel sine legitimo Testamento, ex legis dispositione succedit alius, certum est. De hac successione ab intestato multa disputant Civilistæ, apud quos ea videri possunt, & quia, quæ Author Methodi Sect. hujus tituli §. 1. 2. 3. & 4. habentur, fufius & rectius à Civilistis peruntur, & Clericis quoad bona patrimonialia, ac propria eodem modo succeditur ab intestato quo modo laicis, relinquendo Civilistis sectionis 1. & horum §. materiam, sit.

☉(o)☉